

et modo de sacro corpore effrui,
 ut omnes odoris illius suavi-
 tate recreati in admirationem
 versi deum collaudarent. Nam
 ipsum sacrum corpusculum quod
 aromatibus nouerant non fuisse
 conditum, totum inuenerunt
 integrum et incorruptum. Habe-
 bas enim manus in forma cru-
 cis, proprio pectori superpositas.
 Et in hoc multo amplius miran-
 tur, quod suauissimus et aroma-
 dicus odor de corpore vivo
 per quinquennium sepulto exire Vir-
 ginitatis, cum huiusmodi corpora
 plurimum fetere soleant.
 Numquid non vobis ex hoc
 ipso famula dei dicere vide-
 tur: nardus mea dedit odorem
 suum? Nardus herba est calide
 nature, caritatem beato illius
 exprimens, cuius virtute gratiam
 salutem promeruit. Quia sanc-
 ta Elizabeth Christi caritate
 succensa pauperum fetores
 et imundicias in corpore vivens
 non abhorruit, in corpore suo
 post mortem nil fetoris habuit,
 ita ut dicere posset illud incorrup-
 te sapientie: Sicut cynamomum
 et balsamum aromatizant
 odorem dedit, quia myrrha elec-
 ta dedit suauitatem odoris.
 Predicti fratres sacrum cor-
 pus de sarcophago tollentes
 et purpureo involuentes in archa

sup positas
 et p. g. t. m. m.

q. n. g. n. u. u.

? [mea] m. g. g.
 p. 2. 5. 8. 8.

+ recte h. g.

..te